



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Modus mortificandi linguam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PARS PRIMA. MI

Sapiens, & perurgato prouerbio dicitur: Eum qui multa loquitur, sæpè decipi. Et ne pluribus: nascuntur ex multiloquio mala ingentia, atque idcirco ostio oris firmam custodiam apponere necessariū est. Propheta cū se suis viribus hoc assequi posse diffideret, à Deo petebat, vt os suum diligenti custodia sepi-

Psalm. 140.

ret, cū ait. *Pone Domine custodiam ori*

meo, & ostium circumstantie labijs meis:

Iacob. 3.

Vt enim S. Iacobus ait: *Omnis natura bestiarum, & volu. rum, & serpentum, & ceterorum domantur, & domata sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest.*

Modus mortificandi linguam.

PRIMVS & principalis modus est: Petere à Deo vt illam custodiat; & semper in ore prædictam Psalmistæ, aut aliam similem Sacræ Scripturæ sententiam, circumferre.

SECUNDVS: Singulari studio linguam coërcere, vimque naturæ, quantum fieri potest, inferre.

TERTIVS: Hominum com-

G 4

mercia

182 SPECVLVM ANIMAE
mercia & societates deuitare.

QVARTVS : Sanctis orationibus & meditationibus assiduo intendere.

QVINTVS : Signo aliquo extrinseco de linguæ coërcitione se ipsum monere ; vt lapidis in ore gestatione , aut alicuius alterius rei vsu , quia quādo Dominus animum hominis deliberatū videt, dat velle, & perficere pro bona voluntate.

SEXTVS : Linguam in diuinis laudibus occupare, vt consuetudinem suam mutare discat.

De *Scrupulositate, Macula XXIV.*

CAPVT XXV.

Rom. 15.

DEBEMVS autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, ait Apostolus.

*Scrupuli
quā sunt
no: li.*

Digni commiseratione sunt nonnulli, qui conscientiam suam nec ingenti de peccatis dolore , nec frequenti confessione , nec pœnitentiæ operibus quæ exercent, quietam reddere possunt, sed semper sunt timidi, inquieti, & pauidi, conscientiam